

VK
1924

144a, 4.

1
VK
1924

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDIC.

QVAESTIONEM:

NVM VASALLVS DE FEVDO
IN LVSATIA SVPERIORE PER VL TIMAM
VOLVNTATEM DISPONENS PRAECISE
PROXIMITATEM GRADVS OBSERVARE
TENEATVR ?

SISTENS

Q V A M
INDVLTV ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
P R A E S I D E

Dn. CHRISTIAN. FRIDER. IM-
MANVEL SCHORCH,
ICTO

FACVLT. IVRID. ASSESSORE ET PROF. PANDECT. PVBL.
ORDINAR.

PRO CONSEQVENDIS SVMMIS IN VTROQUE
IVRE HONORIBVS

DIE IX. IULII MDCCCLXXVII.

PVBLICE DEFENDET

A V C T O R

SAMVEL GODOFREDVS BAVMEISTER

GÖRLIZIO - LVSATVS.

H. L. Q. C.

ERFORDIAE, STANNO HENRICI RVDOLPHI NONNII,
ACADEMIAE A TYPIS.



2777.

DISTRIBUTIO INVAGARIAE NRDICAE

GAESTIONUM

NVM VASCVLVS DE EEDO
IN HISTORIA SUECIORVM PER ALIUM
ACQUANTATV. DISPOENS RAEFICER
TROXIMITATIM GRADAS OSERVARE

TRINITATIS

STATVS

INDIVIDUA LITERARIA PERSONALIORVM ORDINIS

PRAESIDE

D^r CHRISTIAN. REICHARDT
MANVORCH



SAMUEL GODFREDS MAMILLISTER
CATO

CARTOGRAPHA

MAP

STANNO. HENRICI RADOLPHI NOMINI
ACADEMIAE A. 1712.

HANC DISERTATIONEM
VIRO PRAENOBISSIMO, DOCTISSIMO
FRIEDERICO CHRISTIANO
BAUMEISTERO

LIBERALIVM ARTIVM MAGISTRO ET AVGVSTI GYM-
NAS. GORLICENSIS RECTORI CELEBERRIMO ,
PATRI MAXIME VENERABILI,

NEC NON

VIRO

EXCELLENTISSIMO IVRIVM CONSVL-
TISSIMO

GOTTLIEB IEREMIAS
BEHRNAVERO

PRAEFECTVRAE ELECTORALIS GORLICENSIS SECRE-
TARIO MERITISSIMO

HANC DISSERTATIONEM
PRAEINORIISIMO DEGETISSIMO

PRO TESTIFICANDA ANIMI GRATITUDINE
INNUMERA IN SE COLLATA BENEFICIA
TERRAM ARTIVM MATERIA ET VAGAS ET GYM
NAZ. GORLICENSIS ECOLORI CERTERRIMO
TATRI MAXIME AVNERABILI

D. D. D.

AVTO

EXCELENTISSIMO IARIVAM CONSAL
TISIMO

GOTTLIEB HERMIAES
REBRNNAERO

AVCTOR,

GRATITUDINAE MECOTORIAE GORLICENSIS SECVR
JANIO MENTISSIMO

DISSER-



DISSERTATIO IN AVGVRALIS

QVAESTIONEM


NUM VASALLVS DE FEVDO IN LVSATIA SVPERIORI PER VLTI-
MAM VOLVNTATEM DISPONENS PRAECISE PROXIMITATEM
GRADVS OBSERVARE TENEATVR?

SISTENS.

§. I.

Instituti ratio & occasio.

Dissertationis pro rite obtinendo gradu Doctorali
conscriptae materiam circumspiciens & me-
cum reputans iura patria ante omnia excolenda
A esse:



esse: in mentem venit disceptatio inter Iureconsultos patrios
haud ita pridem orta de quaestione in fronte dissertationis
praescripta. Hanc itaque pro virili prius elucidare, dein
resolvere his paginis conabor.

§. II.

*Testamenti factio iure communi feudali nulla
est regulariter.*

Iure feudali communi¹⁾ Vasallo non licet per testamentum de feudo disponere, tum quia feudi alienatio inter vivos sine consensu domini est interdicta, tum quia domino contra eius voluntatem alias Vasallus, quam quem ipse elegit, obtrudi nequit, tum denique quia agnati proximi sine facto suo priuari nequeunt iure, quod in prima statim inuestitura ipsis quaesitum est.

1) I. Feud. 8. II. F. 9. §. 1. & 55.

§. III.

Quando vero valeat testamentum Vasalli?

Ex his vero sua sponte fluit, testamentum Vasalli,
quando dominus consentiat, subsistere. 1) Effectus tamen
catenus limitatur, ne tendat in praiejudicium agnatorum,
qui in prima inuestitura comprehensi sunt, nisi hi quoque
in

in id consenserint. Vnde tunc demum testamentum Vasalli de feudo plene efficax est, si ad id domini & agnatorum consensus accesserit. Quo tamen casu testamentum nulli alii, nisi qui ius suum consensu remisit, praeiudicat?

1) SCHRADER tr. feud. pag. 7. c. 2. n. 15. CARPZOV. p. II. constit. 14. def. 2. n. 8.

S. IV.

Quando ulterius?

Porro valet testamentum super feudo mere hereditario, nec non ex lege inuestiturae 1), maxime vero ob statuta & consuetudines locales, quibus inductum est, ut feudum per ultimam voluntatem relinqu possit a Vasallo, nullius ad id consensu requisito vel exhibito. Exempla huiusmodi statutorum & consuetudinum exhibit passim Doctores 2). Quibus vel maxime feuda Lusatiae superioris addi mercantur. De quibus ergo mox pluribus agemus.

1) CARPZOV. Respons. Lib. VI. Resp. 16. & p. II. Constit. 44. def. vlt. PVFFEND. T. I. Obs. 7.

2) vid. STRYK de Cautel. testam. cap. VI. m. 4. §. 2. de feudiis Silesiacis vid. LVNIG Corp. Iur. feud. T. II. p. 296.

344.

A 2

S. V.

*Iure feudalī Lusat. super. permissa est testamenti
factio.*

Scilicet inter differentias iuris feudalis Lusatici a iure
feudali communi, de quibus alii plena manu tractarunt 1),
non postrema haec est, quod per Lusatiae instituta sicut
alienatio feudi inter viuos a possessore feudi nullo nec do-
mini nec agnatorum impetrato consensu licite fieri potest:
ita & dispositio per ultimā voluntatem, modo institutus
successor persona habilis sit & agnatus intra septimum gradum.

1) DE LVDWIG in diss. de differentiis iuris comm. & Lusatici
SAM. STRYK. in diss. de feudis Lusatiae super.

Historia huius iuris Lusat.

Status & nobilitas in Marchionatu Lusatiae superioris
iam a. 1575. propter singularia merita in domum Augustam
ab Imperatore Maximiliano II. priuilegium impetraverant,
quo libera alienandi facultas Vasallis concessa fuit in ver-
bis: daß alle Lehngüter derjenigen, so die Zeit ihres Abster-
bens nicht ehelich gebohrne männliche Leibes-Erben hinter sich
lassen, auf alle und jede ihre nächste Schwerdmagen männli-
chen Stammes bis in siebenden Grad vermöge Sächsischen
Rechtns

Rechtens nach rechter Sippzahl kommen, fallen und stammen, und doch ein jeder für den andern ungehindert mit seinem Gute frey zu thun, und zu lassen vollkommen Macht und Gewalt haben solle und möge. 1) Hoc priuilegium vtrum nonnisi ad actus inter viuos, an & ad dispositiones per vltimam voluntatem spectaret, controversum fuit, licet fere per interpretationem visualem ad testamenta etiam traheretur, de quo non solum testatur RICHTER, 2) sed & idem innumera ex eo tempore de feudis in Lusatia superiore condita testamenta, quae valore suo haud destituta sunt, manifestant. Sed ius tamen vndiquaque certum nondum aderat. Flagitarunt postea Vasalli ordinacionem feudalem ab Imperatore, quem in finem MATTHIAS Imp. a. 1616. jordines conuocare, iisque communicare quadraginta propositiones rem feudalem spectantes iussit, siquidem nihil, in quo cernitur Vasallorum Lusatiae libertas amplissima, ex propria auctoritate suscipere voluerit, sed Commissarios iusserit super quacunque re dubia, cogitationes ordinum explorare. Sed res tunc euentu caruit. Tandem ex quo Lusatia superior per sic dictum Recessum Traditionis (Traditions- Recess) de d. 30. May 1635, ad Serenissimos Saxoniae Electores peruenit, 3) Ordinatio illa feudalis, de d. 22. Aug. 1652. quae etiamnum pro norma habetur, indefessis Vasallorum precibus ab Electore Io. Georgio I. obtenta & publicata est. 4) In hac ordinatione priuilegium Maximilianeum interpretationem & declarationem accepit, inque ea sequentia etiam ratione testamentifactionis occurrunt: Weisen auch die Succession vermöge des Priuilegii

A 3

(Maxi-



(Maximiliani II.) auf die Mitbelehntent männlichen Geschlechts allein gerichtet, und ohne derselben Einwilligung nichts desto minder einem jeden die freye Alienation vorbehalten und zugelassen, so wollen wir aus Churfürstlicher Macht und Gewalt viel berührte Clausul nicht allein auf obgedachte Fälle (ad actus inter viuos) sondern auch dahin gnädigst extendiren und erstrecken, daß auch ein jeder Mitbelehnter freye Macht und Gewalt haben solle, von seinem Lehngütern quoad habiles personas (i. e. exclusis feminis) so innerhalb des siebenden Grads und ohne das die Amwaltung haben, Testament und letzten Willen zu machen. Quo ipso ius testandi de feudis certum effectum est, & simul limites accepit.

1) extat in Codice AVGVSTEO sive Corporis iuris sax. P. IIII.
pag. 350.

2) p. I. Decis. 25. n. 10.

3) quem vide ibidem in Codice AVGVSTEO pag. 182.

3) quam exhibet similiter Codex AVGVSTEVS c. 1. pag 353.
sequ.

§. VII.

Gradus quomodo computentur?

Ex tenore privilegii Caesarei usque ad septimum gradum successionem indulgentis oritur quaestio: quoniam iure

iure in hac successione feudalii Lusatica computentur gradus? Ius feudale commune in definiendo succedendi ordine analogiam iuris Romani sequi, patet ex II. F. I. & ideo computationem ciuilem ut in aliis successionibus adhibendam esse Doctores 1) statuunt. Sed perperam hic computandi modus applicatur ad successionem feudalem in Lusatia superiore a quibusdam ICtis, 2) cum singularem potius inueterata lusatici fori consuetudo introduxerit computandi modum, quem & priuilegium Maximilianeum §. anteced. allegatum nec non ordinatio feudalis Io. Georgii I. confirmauit in verbis: bis in siebenden Grad vermöge Sächs. Rechtens nach rechter Sippzahl it. bis zum siebenden Grad inclusiue — die gradus aber nicht nach gemeinen Lehren, sondern nach Sächs. Rechten, Innhalts des 3ten Art. Lib. I. Landrecht computirt und gezählt werden sollen, ex quibus verbis patet, computationem Canonicam, in qua vnum latus solummodo numeratur, locum habere.

1) vid. STRVV. synt. iur. feud. c. 9. th. 7. n. 19.

2) quo in numero est SIGEL in diff. de similt. inuest. sine consensu Vasalli impetrata §. 14.

§. VIII.



§. VIII.

*Transitus ad quaest. principalem & enarratio casus,
qui dissertationis conscribendae causa
exitit.*

Pervenimus nunc ad caput dissertationis nostrae disquisi-
turi, num Vasallo de feudo disposituro per ultimam voluntatem
liceat remotiorem ex Agnatis intra septimum gradum pro-
ximiori invito praeferre, an non? Atque primo quidem ca-
sum, qui controuersiam hanc excitauit, paucis enarrare expedi-
dit. Nimirum Dnus de G * * a 1773. ante obitum
testamentum super possessionibus feudatariis condiderat, in
quo praeterito proximiori Agnato remotiorem ex alia li-
nea qui iuxta computationem ciuilem in decimo gradu
erat, heredem scripserat: vnde quaestio suborta, an hoc
iure fieri potuerit? affirmantibus aliis hoc quaesitum,
aliis negantibus.

§. IX.

Rationes dubitandi.

Evident pro negativa facere videntur sequentia:
primo quod in Ordinatione feudali lusatica dispositio de
feudo per testamentum restricta sit ad habiles personas,
qui


qui intra septimum gradum sunt, & ad feudum exspectatiam habent, die innerhalb des siebenden Grades und ohnehin die Anwartschaft haben, per consequens secundo proximorum ius valde laevideretur, si ad feudum in testamento remotior vocaretur. Accedit tertio, quod iure communis ordinatio de feudo nulla sit (§. 2.) & ea propter in citata Ordinatione feudali testamenti factio vndequaque libera haud permissa, sed restringe concessa sit, quae concessio ita interpretanda, ut quam minimum fieri potest, a iure communio recedatur, denique quod institutus in casu proposto §. 8. ne quidem intra gradum septimum, sed decimum constitutus sit.

His tamen non obstantibus contraria affirmantium opinio nobis verior videtur. Nam primo intentio Ordinum & Domini directi declaratio secuta hoc firmant abunde. Nempe vi clausulae in privilegio Maximilianeo, und doch ein jeder für den andern ungehindert mit seinem Gute frey zu thun und zu lassen vollkommenen Macht und Gewalt haben solle possessores feuda non solum inter viuos alienare sed & liberrime de iis testari volebant. Iam Elector Saxonie in Ordinatione feudali illius clausulae interpretationem authenticam dedit, vt non quidem

20017

B

pro-



promiscue ad omnes, quos vellent, Vasallis feuda sua per
 ultimam voluntatem transferre, sed solum ad agnatos in-
 tra septimum gradum dicere debeat.) Ex his agnatis er-
 go usque ad septimum gradum pro iubitu aliquem pro
 successore in feudo per ultimam voluntatem declarare po-
 testas est. Nam alias si non nisi proximum, ad quem
 remoto etiam testamento feudum perueniret, instituere
 permisum esset, quid iuuaret permissa testamenti factio.
 Iam vero priuilegium & gratiosa concessio ita interpreta-
 ri aequum est, vt in priuilegiatum commodum aliquod,
 quod iure communi aliis denegatur, redundet. 1) Acci-
 cedit quod in ordinatione feudali nihil contineatur, quod
 Vasalli testaturi de feudo ad successionem legitimam ser-
 uandam adstricti esse debeant, sed id solum praescribatur,
 vt in personem habilem i. e. masculum, qui intra septimum
 gradum est feudum transferatur. Denique notum est, ipso iure
 communi feudal testamentum Vasalli accedente domini
 consensu valere (§. 2.) hic vero antecedenter domini consen-
 sus datus est, si quis agnatum intra septimum gradum
 constitutum instituat. Et dum hi omnes ius succeden-
 di habent, domini nihil interest, quis inter illos ad succe-
 sionem vocetur. Et licet agnatorum proximorum con-
 sensus ad validitatem testamenti etiam requiratur (§. 3.)
 alias, supponendum tamen est, hos ius succedenti firmum
 habere. Hic vero iuxta priuilegia Lusatiae Vasallis in-
 dulta agnati intra VII. gradum existentes tum demum ad
 successionem perueniunt, quando Vasallus feudum inter
 viuos

viuos non alienauit, vtpote quod illi liberum est. Consequenter agnatus, cui alter praefertur, ius contradicendi nullum habet.

I) Schaumburg. diss. de Natura priuileg. §. 4. BOEHMER
Consultat & Decis. P. II. consil. 45. n. 91.

NIX . 2

§. XI.

Nec difficile erit ea remouere, quae §. 9. in contrarium allata sunt. Nempe ex primo non sequitur, quod praecise in testamento proximus agnatus ad successionem vocandus sit, & restri^ctio in Ordinatione feudali vterius, quam verba & intentio serenissimi ordinantis sinunt, extendi haud debet. Ad secundum respondeatur: quod qui iure suo vtitur, neminem laedere intelligatur. Et praeterea ius agnatorum non ita firmum est, vt non per Vasallum & feudi possessorem illis e. g. per alienationem inter viuos interuerti possit. Ad tertium dominus quidem restrinxit testamentifactionem ad habiles personas intra septimum gradum, nec vterius libertatem testandi Vasallis permisit, sed intuitu harum personarum & habito respectu ad testatorem restri^ctio nulla inuenitur, libera potius est institutio intuitu harum personarum, earumque libera electio. Insuper §. anteced. monstratum est, hanc sententiam nostram cum ipso iure communi feudali concordare. Denique in antecedentibus alle-

18

allegatum est, in Lusatia superiore gradus secundum ius sa-
xonicum & non secundum ius civile computandos esse, quo
facto is, qui iuxta computationem civilem in decimo gradu
est, vtique intra gradum septimum iuxta computationem
Canonicanam erit.

§. XII.

IX.

Haec sunt, quae pro temporis ratione ad hanc qua-
stionem enucleandam adferre potui, quae vt B. L. aequi boni-
que consulat, enixe rogo.

TANTVM.

Corollaria quaedam.

I. Feudo sine consensu domini legato ne eius aestima-
tio quidem debetur, & peti potest.

II. Agnati testamentificationi praesentes & tacentes con-
sensisse praesumuntur.

ULB Halle
006 762 026

3



VD 28



Farbkarte #13

DISSE^TRAT^O IN AVGVRALIS IVRIDIC.

QVAESTIONEM:

NVM VASALLVS DE FEVDO
IN LVSATIA SVPERIORE PER VL TIMAM
VOLVNTATEM DISPONENS PRAECISE
PROXIMITATEM GRADVS OBSERVARE
TENEATVR ?

SISTENS

Q Y A M

INDVLTV ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

Dn. CHRISTIAN. FRIDER. IM.
MANVEL SCHORCH,
1870.

ICTO

FACVLT. IVRID. ASSESSORE ET PROF. PANDECT. PVBL.
ORDINAR.

*PRO CONSEQVENDIS SVMMIS IN VTRQVE
IVRE HONORIBVS*

DIE IX. IVLII MDCCCLXXVII.

PUBLIC DEFENDER

A V C T O R

A V C T O R
SAMVEL GODOFREDVS BAVMEISTER

GÖRLIZIO-LVSATVS,

H. L. Q. C.

ERFORDIAE, STANNO HENRICI RVDOLPHI NONNII,
ACADEMIAE A TYPIS.

